Cum in unum locum ego
et gallus noster co:
venissemus vir michi
et propter marti:
ni memoriam cuius ille
discipulus enim erat et pro:
pter sua merita carissimus
intervenit nobis postumianus
meus nostri causa ab oriente
quo se ante triennium patria
relinquens contulerat regressus
Complexi hunc amantissi:
mum exosculatique genua et
pedes eius cum uno atque altero
spacio obstupefacte invicem
flentes gaudio deambulasse:
mus iactis in terra ciliciis con:
sedimus Tum prior postumi:
anus me intuens cum essem
in remotis egypti libuit ut
ad mare usque procedere na:
vem illic onerariam offendi
que cum mercibus narbonam
petens solvere parabat Ead
nocte michi in sompnis assista:
re visus es et iniecta me
manu trahere ut navem
illam conscendere mox te:
nebras rumpente diluculo
cum eo loco in quo quieveram
surrexissem sompnium meum
mecum reputans tanto tui
desiderio subito correptus
sum ut nichil cunctatus
navem conscendere tricesi:
mo die massiliam appulsus
inde huc decimo pervenerim
adeo prospera navigacio
pie affuit voluntati Tu
modo propter quem tot maria
transnavigavimus tantum
terre transcurrimus complec:
tendum perfruendumque te re:
motis omnibus trade Ego vero
inquam eciam cum tu in egypto
morareris totus tecum semper
animo et cogitacione ver:
sabar neque dies ac
noctes cogitantem totum tua
caritas possidebat Ne dum
modo me tibi estimes nunc:
to temporis defuturum quo:
minus amore tuo pendens
te intuear te audiam tecum
loquar nullo penitus in se:
creto nostro quod nobis hec
remotior cellula prestat
admissis Etiam huius nostri
ut arbitror galli presenciam
non moleste feres quod hec
adventu tuo ut vides per:
inde atque ego triumphat
gaudio Recte plane inquit